

46 Novæ Additiones ad D. Covarruvias

vendor cautionem de evictione , aut alia , quæ promiserit inter contrahendum , non adimpleat. Trentacinq. versi. Quod emptor tencatur, Joan. Lup. n. 142. Ant. Gab. comm. lib. 3. tit. de empt. concl. 4. n. 6. Leotard. de usur. q. 27. num. 24. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit. n. 22. Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 50. tit. 5. p. 5. Fachin. controversial. lib. 2. cap. 32. ex vers. Altera est. Scaccia de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 8. a num. 160. Gratian. discept. cap. 588. num. 22. Petr. Barbosa in l. De divisione, num. 69. solvit. matrim. Cancer. variar. part. 3. cap. 7. num. 23.

52 Ampliatur conclusio , ut locum obtineat ubi emptor in mora non est , quia convenit ne solvatur pretium usquedam vendor præstaret promissa. Leotard. num. 30. Petr. Barbosa ubi proxime, Gratian. num. 28. quia tale pactum impedit exactiōnem , sed non usurarum cursūm. Mastrill. decis. 260. n. 15. Idem erit licet immincat evictio , ac de illa pro actore pronuncietur , appellatione pendente. Lootard. num. 28. Hermos. num. 52. Ut autem emptor sibi consulat , ne usuras pendere compellatur , pecuniam deponere poterit , nec oblatio proderit. Hermos. num. 50. & 51. Gratian. num. 35. Leotard. ubi proxime.

Vers. Decimotertio apparer.

53 Vendor tradens partem rei venditæ , nihil de pretio numerato , jure pro rata exigunt usuras. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 5. cap. unic. n. 171. Roderic. d. quest. 7. num. 107. ubi disputat ex n. 105. Surd. conf. 101. num. 23. Aug. Barbosa sup. num. 20. Hermos. num. 43. Adjicit Roderic. quod si emptor oblati pretio , venditorem interpellat , ut aliam partem rei tradat , non tenebitur deinceps ad usuras pretii : de qua limitatione cogitandum , quia emptor & fructibus , & usu pecuniæ , qui per oblationem non impeditur , locupletatur ; ideo sola hæc non eximit emptorem ab usuris , nisi & depositio subsequatur. Leotard. cum aliis n. 24. Vide infra. n. 67. & 69.

Ad num. 7.

54 Vendor ut pretii usuras exigere valeat ex aequitate legis Curabit , rem tradere debet emptori , alioqui nec Jure Civili debentur eidem , nisi mora per emptorem commisſa. l. Fructus 13. §. 1. C. de action. empt. Roderic. num. 98. Hermos. num. 43. Petr. Barbosa num. 19. Pichard. in §. Actionum , q. 16. num. 19. Iust. de action. Quod ita verum est , ut non sufficiat traditio facta , per quam dominium transferatur , si vendor ex retento fundo fructus percepit. Traquel. de jur. constit. limit. 28. Aug. Barb. collect. l. 2. C. de usur.

Ibi : Nam si emptor ageret.

55 Ubi nullus ex contrahentibus incurrit moram , si vendor rem , & emptor pretium retinuerit , nec hic fructus , nec ille pretii usuras poterit exigere ; nam utrinque opposita exceptione , actio utraque excludetur. Consentient Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 38. Caldas de emption. cap. 23. num. 12. Joan. Lup. comment. de usur. §. 1. q. 7. num. 162. Roderic. sup. num. 102. Consule Petr. Barb. num. 21.

56 Hæc juxta Jus Canonicum , quo utimur , extra controversiam sunt admittenda , quia usuræ pretii permisæ sic commensurantur fructibus rei vendi-

tae , ut inter hos , & illas excessus aliquis non reperiatur : unde si emptor fructus peteret , ac vendor de usuris exciperet , ad aequalitatem fieret compensatio , de quo iterum infra , num. 76. At Jure Civili non est ita ; nam usuræ erant certæ , ac legibus definite ; fructus vero incerti secundum ubertatem , aut sterilitatem , nec adæquabantur inter se , idè multò plus , vel minus deberi poterat ex his , quā ex interusurio pretii , de quo sup. num. 8. 9. Unde si emptor ageret ad fructus , & vendor de usuris exciperet , non extingueretur jus actoris omnino , si illorum estimatio istarum quantitatem superaret. Quamobrem inquirere oportet , an Jure Cæsareo emptor , qui pretium non solvit , eo cum usuris oblati , ad fructus per emptorem perceptos agere valeat : cuius resolutio deducetur ex quæstione statim examini subjicienda.

Ibi : Illud vero manifesti juris est.

Est satis controversum (ut hujus loci memores prænotavimus sup. lib. 1. cap. 15. num. 15.) quod D. Covar. manifesti juris esse asseverat , ad quem scilicet mora non interveniente , spectent fructus perfecta venditione ante solutionem pretii nati , ac per venditorem percepti ? Ac percipienti acquireti , cum Præside nostro tenent Molin. de just. & iur. tract. 2. disp. 368. n. 8. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 11. Leotard. de usur. q. 27. num. 6. & 18. Ant. Fab. ration. l. Julianus , §. Ex vendito. de act. empt. Cujac. ibidem , & observat. lib. 21. cap. 15. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 6. n. 7. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. 9. 7. n. 102. Vide infra n. 73.

Secundum hanc sententiam nec emptor ad fructus agere poterit , quia vendoris sunt ; nec hic ad pretii usuras , tum quid fructus retinet , tum quoniam traditio non intervenit , aut mora emptoris , ut prænotatur sup. num. 54. & procedet quavis emptor usuras pretii , aut vendor fructus perceptos offerat.

Opposita opinio , nempe fructus ad emptorem attinere , aperitissimè comprobatur ex l. Fructus 13. C. de act. empt. ipsam communiter amplectuntur Theologi , ut Lessius de just. & iur. lib. 2. cap. 20. num. 109. Dian. Resol. Moral. part. 1. tract. 5. miscellan. resol. 214. Trullench in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 13. num. 9. ex nostris Greg. Lop. in l. 28. gloss. 2. tit. 5. p. 5. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. num. 94. Picard. in §. Actionum , quest. 16. n. 9. 20. Inst. de action. Villalob. comm. opinion. lit. F. num. 242. Cur. Philip. part. 2. lib. 1. cap. 12. n. 50. Petr. Barbosa in l. De divisione , num. 20. ff. solvit. matrim. pluribus omisssis , quos congerunt Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 12. tit. 5. p. 5. Aug. Barbosa collect. l. 2. num. 6. & collect. d. l. Fructus , n. 2. C. de action. empt. Vide infra n. 73.

Hujusmodi sententia , quæ de juris rigore probabilior videtur , ita accipi debet , ut emptor pretium cum usuris Jure Civili præscriptis offerat , alia opposita per venditorem exceptione à fructuum exactione removebitur. Mantic. de tacit. corvent. lib. 4. tit. 16. num. 42. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit. n. 7. Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 18. Hermos. sup. num. 17. vers. Contrarium. Quod provenit ex aequitate dicta legis Curabit , ne emptor & usu pecuniæ pretii , & utilitate fructuum gauderet , venditore orbato utroque modo. Vide infra , n. 73.

61 Sed

Varias Resolut. Lib. III. Cap. IV. 47

61 Sed hæc locum non habebunt , si vendor dilationem concederit ad pretii solutionem , quia fructus intra illam perceptos lucrabitur emptor , cui fides habita est de pretio absque usurarum onere ; nam ex consensu venditensis pro tempore dilationis cessat ratio dicta legis Curabit , cui ille renunciare censetur , de quo suprà , num. 25. & 27.

62 Fit igitur ex præmissis , ut retenta posteriori opinione , emptor agere valeat ad fructus , non autem vendor ad usuras pretii : excipere tamen non prohibetur , si pro fructibus conveniatur , nec est audiendus eti oblati fructibus , ipse ad judicium provocet , usuras exigere intendens. Hæc ita ubi nec traditio , nec mora praecessit. Ideo emptori datur ad fructus actio , quæ venditori ad usuras denegatur , quoniam hic nec onus , nec periculum pretii sustinet ; ille utrumque quoad rem venditam supportat , d. l. Fructus , l. Id quod 7. de peric. & com. rei vend. §. Cum autem , Inst. de empt. l. 23. tit. 5. p. 5. quam rationem redundant differentiam observantes Pichard. sup. num. 20. Hermos. cum aliis num. 19. Petr. Barbosa num. 19. cum seqq.

Ibi : Et ideo si emptor.

63 Si emptor interpellatus pretium non exsolvet , mora commissâ , tenetur venditori ad interest , deductis vel oblatis fructibus , quos hic percepit ; si vero ex dilatione solutionis venditor nullum senserit detrimentum , fructus lucrabitur. Adde prænotata sup. n. 15. 16. & consule Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 22. 23. 29. tit. 5. p. 5. Molin. disp. 368. num. 22. Villalob. ubi sup. Petr. Barbosa num. 21. Lessius d. cap. 20. n. 102. Trullench in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 13. n. 2. & alii per me laudati num. 16.

64 Proxima conclusio , quæ & juri naturæ consona videtur Molina , de Jure Pontificio quod nobis est obserandum , plane procedit , sicut ex traditis superiori constat , præsertim locis præcitatiss. Sed si ad Cæsarum respiciatur , aliud est tenendum , quo vendor moram passus interesse exigere nequit , sed usuras pretii duntaxat , d. l. Fructus , §. 1. l. fin. de peric. & comm. rei vend. Cujac. lib. 33. Pauli de edit. in l. Si sterilis , §. Cum per venditorem , de act. empt. Ant. Fab. in ration. ibidem : unde Molin. hanc D. Covar. sententiam falsam asseverat , sed cum sit juxta rationem , ac jus naturale vera , quo damnum inferens illud refarcire tenetur , live extrinsecè , live intrinsecè contingat Lessius ubi proximè , vers. Sed adverte , doctrina nostri Præsidis , quam sectantur laudati sup. n. 16. in praxi apud nos observabitur , qui juri communis legibus soluti sumus , illisque solū utimur , quatenus nos ducunt , ac juvant ad juris & rationis naturalis cognitionem , l. 6. tit. 4. p. 3. ibi. Greg. Lop. gloss. 2. & in l. 15. gloss. 2. tit. 1. p. 1. l. 3. tit. 1. lib. 2. Recop. Azeved. in rubric. d. tit. 1. lib. 2. n. 4.

65 Similiter est distinguendum Jus Canonicum à Civili quoad fructus à venditore perceptos post emptoris moram ; nam secundum illud erunt accipientis , eti nihil sua interfici pretium statim , vel post tempus solvi , ut cum D. Covar. tenent prouper laudati : quod fecus leges civiles statuant , quæ ob moram emptoris usuras pretii , quas alias exigere non poterat , venditori concedunt , d. l. Fructus , §. 1. d. l. ult. de peric. & com. rei vend.

non fructus , quos debet in usuras computare , vel extantes emptori restituere. Petr. Barbosa in l. De divisione , n. 66. Hermos. sup. num. 22. Et licet de aliis contradicentibus testetur , veram præmissam resolutionem censeo , nam ex quo lex tribuit venditori moram passus usuras pretii , fructus ad emptorem attinere supposuit , alioqui ingens iniquitas resularet , cum vendor simul utilitatem fructuum , ac pretii interusurium reportaret , contra dictam legem Curabit , & similes. Ast cum Jure Canonico usurra nullatenus debeantur , fructus cedunt venditori , qui usurarum loco eos lucratur.

Ibi : Eadem ratione venditore constituto.

Emptore pretium exhibente , si vendor rem 66 non tradiderit , tenebitur ad restitutionem fructuum quos ex tunc percepit , & emptor ex re tradita perceperet. Molin. sup. num. 20. Lessius num. 10. Trullench. ubi proxime , Osuald. lib. 13. cap. 4. in princ. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 6. num. 7. Roderic. d. q. 7. n. 101. Ant. Fab. ration. d. l. Julianus , §. Ex vendito , in fin. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 11. Facit lex Si sterilis 21. §. Cum per venditorem , de action. emp.

Nec hæc erit locus æquitati legis Curabit , C. de 67 act. empt. eti emptor & pretium retineat , & fructus lucretur , quia oblatam pecuniam otiosam habet , ac paratam ad solutionem. Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 30. tit. 5. p. 5. Roderic. sup. num. 103. qui rectè limitat ubi constaret , ex pecunia pretii redditus emptorem percepisse , aut aliter lucrum reportasse ; quia non obstante mora venditoris , quod pecunia produxit in fructuum estimationem imputabitur : quod accipi debet , non interveniente industria emptoris ; nam si quid ex hac provenit , morosum venditorem non relevat , solumque ratio habebitur ad id , quod quantitas per se reddere posset. Vide supra , num. 53. & infra , num. 69.

Præterea vendor coercetur ob moram in eo 68 quod periculum quod à die perfecti contractus in emptorem transferat , ad illum regreditur , l. 27. tit. 5. p. 5. l. Illud 17. du peric. & comm. rei vend. §. Cum autem , Inst. de empt. Morla Emp. Jur. tit. de contr. empt. num. 107. Aug. Barbosa collect. l. Cum inter , num. 2. C. de peric. & comm. rei vend. Hermos. in l. 27. Parit. gloss. 1. n. 1. Ant. Faber. ration. d. l. Illud , Molin. disp. 366. num. 13. Vendor ex more interesse præstat intrinsecum , non extrinsecum , l. Si sterilis , §. Cum per venditorem , de act. empt. ubi Fab. in ration. Lessius sup. Molin. disp. 368. num. 22. quod limitat videndum Petr. Barbosa in l. De divisione , num. 31. ff. solvit. matrim.

Ibi : Et forsitan hoc in casu.

Hanc quam subdubius tradidit noster Præses , 69 conclusionem impugnat Molin. disp. 368. num. 21. eam improbabilem sentiens. Vide tamen supra num. 67. nam perpensa æquitate legis Curabit , possit D. Covar. assertio sustineri , ne emptor sub idem tempus pretii pecunia redditus , ac fructuum capiat lucrum : quapropter desideratur quod pretium non tantum offerat , sed & obligueret , aut deponat , ut conferat pecuniam otiosam perfrustrasse , nec in alios ulis , seu negotiationem fuisse conservam.

48 Novæ Additiones ad D.Covarruvias.

versam, l. 2. C. de usur. ubi Aug. Barbosa collect. num. 8. Ant. Fab. ration. ad d. l. Julianus, §. Ex vendito. Nec quæ adducit Molina de acquisitis per furem, & usurarium pecuniâ feceratit, vel furrii obsunt, cùm in eis non militet ratio dictæ legis Curabit, etiæ aliena pecuniâ lucrifaciant. Vide supra num. 53. & 67.

Vers. Ex quibus obiter infertur.

Cum D. Covar. prædocuerit, fructus post contractam emptionem ad venditorem spectare, sicut notatur sup. n. 57. nunc interpretatur legem Fructus 13. C. de act. empi. ubi contrarium expressum probatur, asserens procedere ubi res tradita fuit emptori, aut post moram venditoris: quem intellectum probat, & accommodat Molin. n. 8. legi Julianus, §. Si quid venditor, de action. empi. sequitur Roderic. d. quast. 7. n. 102. Joan. Lup. comment. de usur. §. 1. quast. 7. num. 162. in d. l. Curabit. Verum utraque soluto, seu interpretatione alii, nec immerito, displicet, ut Petro Barbosa sup. num. 20. Hermos. num. 13. vers. Sed hanc responsionem, Sousa in §. Actionum, part. 3. num. 27. Inſt. de action.

Hic accedere cogor, quia lege de quibus agimus nequaque inſinuant desiderari traditionem, vel moram venditoris, ut fructus emptori querantur; quin potius contrarium ex d. l. Fructus, manifeste deducitur, quandoquidem ibi ratio redditur decendi, quæ non provenit ex traditione, & æquitate dictæ legis Curabit, sed à jure naturali, ex quo commoda sequi debent quem sequuntur incommoda, l. Secundum naturam 10. de reg. jur. Onera verò rei venditæ ante traditionem à die contractus sustinet emptor. §. Cum autem, Inſt. de empi. & vend. l. 7. & 8. de peric. & comm. rei vend. l. 23. tit. 5. p. 5. unde similiter etiæ res non tradatur, utilitas tamen fructuum ad ipsum debet pertinere, nec de rei traditione Legislatores cogitarunt, nec de mora.

Excluditur etiam, quod dicitur de mora venditoris; nam si ea præcederet, aut opus foret, exprimeretur, quemadmodum in secunda ejusdem Constitutionis parte, ubi mora requirebatur ut venditor usuras exigere posset, id lex explicit, quod non omiteret si mora ad acquirendos fructus emptor egeret. Utraque igitur expositione rejecta, constat opinionem de qua supra, num. 59. citatis juribus apertissimè comprobari.

Vers. Subinfertur item.

Tamenſi sententiam istam Pauli Caſtreñis reprobat D. Covar. cui adhæret Roderic. ubi proxime; eam nihilominus amplexi sunt Pet. Barbosa sup. num. 21. Hermos. num. 17. in fin. Sousa num. 31. Greg. Lop. in l. 28. gloss. 2. tit. 5. p. 5. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. n. 94.

His & ego accedo, quanquam cum D. Covar. & sequacibus laudatis sup. num. 57. sentiam fructus, quos percipit venditor post perfectum contractum ex natura illius, nullà morâ commissâ suos facere cum onere eos restituendi emptori, si pretium cum usuris obtulerit: nec ante impletam conditionem venditor fructibus privari debet, quorum dominus est sicut fundi, unde collecti sunt, qui dominium rei principalis sequuntur, l. Et ex diverso 36. §. 1. ff. de rei vendic. l. Qui seit 25. de usur. Leotard. de usur. quast. 19. n. 2. Merlin.

de pignor. lib. 2. q. 53. num. 17. & 25. cuius accessorium censentur. Merlin. d. num. 25. Leotard. quast. 88. num. 17. Ant. Fab. in C. tit. de usur. definit. 4. num. 2. Unde sicut venditor retinet dominium prædii donec solvatur pretium, ita & fructum quandiu non exhibentur usura. Ex his interpretationem accipiunt dicta lex Fructus, & lex Julianus, §. Si quid venditor, quod scilicet fructus ad emptorem attineant à die contractus quoad effectum; nam soluto pretio cum usuris, venditor ipsos restituere compellitur. Inde etiam oritur concordia ad dissidentes sententias, de quibus sup. n. 57. & 59. nam utraque vera est, siquidem fructus percepti illico sunt percipientis venditoris, sed ad emptorem pertinent, cum eos exigere valeat; nam qui actionem habet ad rem vindicandam, ipsam habere intelligitur, l. Qui actionem 15. de reg. jur.

Quibus perpensis admittendum non est quod scribit Petr. Barbosa sup. num. 20. ac transcriptis Hermos. num. 14. nempe fructus emptori acquiri revocabiliter, ita ut si pretium non solverit, revertantur ad venditorem: etenim absurdum est dicere quod fructus sicut emptoris antequam dominium fundi nanciscatur, an plus juris in illis habere, quam in isto, qui ad eum non pertinet jure dominii, nisi pretio soluto, aut satisfactione præstata, seu habita fide de pretio, tradatur, §. Vendita, Inſt. de rer. divisi. l. Quod vendidi 19. de contr. empi. l. 46. tit. 28. partit. 3. & 43. tit. 13. p. 5.

Sed etiæ vera habeatur Caſtreñis opinio effectu tamen carere videtur; nam si emptor gerit ad fructus, venditor excipiendo postulabit usuras pretii, quæ equivalent illorum estimationi, atque ita iniutus erit actio, in modo dolosè versaretur emptor petens quod statim est restituturus, l. In condemnatione 134. §. fin. de reg. jur. quæ D. Covar. admoquit sup. num. 7. & prænotavi num. 55. Dicendum tamen est, quod si ad Jus Civile respiciatur, hoc non est ita, quoniam usura pretii non coquabatur fructibus, ut Jure Canonico; ideo poterat esse plus in fructibus, quam in usuris, & hujus excessus utilitatem perciperet emptor, quod animadvertis num. 56. Ad hanc si fructus extarent, etiam Jure Pontificio utiliter ageret emptor, ut soluta estimatione sibi restituerentur, etiam invito venditore: quod utile, ac pretio estimabile censetur.

Vers. Decimoquinto ex prænotatis.

Emptor qui partem pretii solvit, pro rata fructus rei venditæ, & per venditorem retentæ consequitur. Marſcot. variar. lib. 2. cap. 112. num. 56. Leotard. de usur. quast. 27. num. 55. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit, num. 20. Roderic. lib. 3. quast. 7. ex num. 106. Surd. conf. 101. n. 7. & 26. Magon. Lucensi decisi. 17. num. 31. & 34. Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 41. & 42. tit. 5. p. 5. Petr. Barbosa in l. De divisiōne, n. 72. foliū. matris. Ant. Gabr. commun. lib. 3. tit. de empi. concl. 3. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de usur. refol. 2. vers. Secunda conclusio. Et pro portione fructuum, seu partis pretii licebit emptori de certa quantitate pacisci quotannis solvenda Leotard. n. 57.

Ut autem eos fructus emptor cum effectu percipiat integrum debet exsolvere pretium tuncque præteriti temporis quantitatem respondentem pretii parti exiget, nec antea agere permittitur. Aug. Barbosa sup. Leotard. n. 56. Hermos. n. 44.

Ques.

Varias Resolut. Lib. III. Cap. IV. 49

79. Claritatis gratiâ oportet observare quod D. Covar. hic supponit, esse effectum solutionis partis pretii fructuum acquisitionem, ita ut si non solveretur, omnes fructus cederent venditori, ad quem spectare ipse prædocuit sup. num. 7. Sed qui sentiunt, fructus ad emptorem pertinere quandiuque pretium integrè numeraverit, hoc solū tribuant partis solutioni, quod venditor pro rata usuras petere nequibit, Hermos, cum aliis num. 41. Caldas de empt. cap. 23. num. 26. Aug. Barbosa ubi proxime. Est cavendum à Petro Barbosa sup. qui tenet fructus pro rata pretii soluti statim emptori tradendos: quod negat communis, ut prænotavimus, quia venditor jure pignoris retinet fructus sicut rem ipsam usque ad integrum pretii satisfactionem, ut ait Leotardus.

80. Rursus si venditor partem rei venditæ ante acceptam aliquam pretii quantitatatem tradat, pro portione usuras, seu estimationem fructuum repetet. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 5. cap. unic. ex n. 171. Roderic. d. quast. 7. a. n. 105. Aug. Barbosa sup. Sud. n. 23. Hermos. num. 43. Et venditor quidem illico potest exigere, quod in emptore diversum: quod discrimen obseruant Aug. Barbosa ibidem, Hermos. num. 44. ac prænotavi num. 78.

Vers. Decimoſexto.

81. Procurator si emerit nomine domini, & suā pecuniâ fundum, si quos fructus percepit, aut in sortem computare, aut domino reddere tenet, exclusa æquitate legis Curabit, Hermos. in l. 48. gloss. 5. num. 15. tit. 5. p. 5. Leotard. q. 33. n. 24. Caldas sup. cap. 7. ex num. 26. ex qua constitutione usura, quas exigere licet, sunt compensatiæ. Procurator quidem nullo in damno versatur, nisi quod pecuniâ creditâ caret, & actione mandati valet recuperare illam: carentia autem pecunia mutuata pretio estimari absque labore usura lucrativæ non potest. Nec refert quod dominus pecuniam pretii retineat, & fructus lucretur; nam idem continget, si pecuniâ mutuata, ipse fundum emerit, nec ex hoc possit creditor ad usuras agere. Tamen adversus D. Covar. sentiunt Joan. Lup. comment. de usur. §. 1. q. 7. n. 151. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 11. n. 77.

82. Sed si quid danni senserit procurator ex fundi emptione, ex fructibus debet refarciri, ne & officium suum illi damnosum sit, & dominus cum aliena locupleretur jactura: quod verum est tametsi mora domini nulla intercedat, & ita contra D. Covar. tenet Leotardus, qui latè ac rectè prosequitur ex n. 25.

Ad Num. 8.

83. Si quis promiserit rem fructiferam vendere, & ante célébratum contractum acceperit pretium, ad usuras compensatorias ex l. Curabit, tenebitur, & si ex parte solutio fiat, pro rara fructuum estimationem præstabit. Card. Tusch. lit. V. concl. 43. n. 3. Ant. Gabr. commun. lib. 3. tit. de empi. concl. 3. num. 3. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit, num. 5. Joan. Lup. comment. de usur. §. 1. quast. 7. n. 157. Hermos. in l. 10. gloss. 1. num. 9. tit. 5. p. 5. Mexia ad ll. Toler. part. 2. fundam 2. n. 31. latè Roderic. sup. quast. 7. ex num. 111. Comitol. Respons. Moral. lib. 3. quast. 18. Trentacinq. sup. vers. Tertia conclusio. Quod ampliatur ut possit emptuus, qui pretium tradidit, de certa quantitate prænotatur sup. n. 5.

D. de Faria Nova Addit. ad Covar.

quotannis solvenda pacisci, ex Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de usur. refol. 2. vers. Septimus casus, ubi de venditore rem tradente.

Contra communem tenent aliqui recensi per Aug. Barbos. num. 6. & Petr. Barbos. in l. Si ante, ff. solut. marim. quos ipse sequitur, ea ductus ratione, quod cum venditio perfecta non sit, venditor rem tradere non tenetur. Sed hoc fundamentum leve est, ac rejiciendum ex eo quod decisio dictæ legis Curabit, non innititur morâ contrahentis. Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 20. tit. 5. p. 5. Leotard. de usur. quast. 27. num. 23, ideo pluribus in casibus locum habet, etiamsi venditor, aut emptor ad traditionem non teneatur. Primus habetur sup. num. 52. Secundus cum pretium in tertii arbitrio confertur ante declarationem. Leotard. num. 2. Tertius in emptione facta ad mensuram, quandiu non adhibetur mensio. Leotard. num. 26. Quartus si conditionaliter præsumit venditum, pendente conditione. Aliis laudatis idem Leotard. n. 27.

Ibi: Nam et venditorem posse.

Quos effectus pactum de vendendo producat, 85 tradidere Card. Tusch. & conclus. 43. Hermos. plurimos recensens, in d. l. 10. ex n. 4. & de Jure nostro Regio actionem oriri, probat num. 10. per l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. quod similiter Jure Pontificio receptum testatur Matienz. in d. l. 2. gloss. 1. num. 5. Azeved. ibidem, num. 1. & secundum hæc jura procedit, quod D. Covar. sentit, scilicet ex pactione de vendendo agere posse venditorem ad pretium, cum & emptor similiter emere promitteret pro constituto pretio. Adde Caſtil. controversial. lib. 2. cap. 3. num. 17. 18. & lib. 4. cap. 69. num. 48.

Vers. Decimo octavo, huic proxime.

Si convenerit de venditione rei frugiferæ, pre- 86 tio constituto, & hoc non recepto, dominus illam tradiderit, agere poterit ex l. Curabit, ad usuras, seu fructuum estimationem. Ita tenet, & ampliat Trentacinq. loc. citat. ut liceat de certa quantitate annuatim solvenda pacisci, & huic conclusioni convenienter quæcumque in proxima præcedenti præsumis ob correlativorum natum, in quibus eadem ratio militat, & disciplina, l. 1. C. de cupress. lib. 11.

Vers. Quid enim obsecro.

Hanc rationem impugnat Petr. Barbosa n. 48. Imò adhuc implero utrumque contractu, quæſtio- nis est, an pactum de vendendo transeat in emptionem, ut videre est apud Hermos. d. gloss. 1. num. 9. Verum quicquid de ea controverſia fit, ad rem de qua agimus nihil referre videtur, an cenſeat venditio contracta, neene; quia æquitas dictæ legis Curabit, etiam habet locum in quavis conventione reciproca, ubi eadem ratio servandæ æqualitatis reperitur, licet contractus deficiat, prout in venditione conditionali contingit; nam etiam non impleta conditione, ac evanescente contra-tractu, competit ei qui rem tradidit pretio non numerato, auxilium præfatae Constitutionis. Leotard. d. quast. 27. n. 27. quæ non restriguntur ad contractus, cum & in judicis obſervetur, sicut prænotatur sup. n. 5.

G Vers.